

- 7. Immunitas Ecclesiastica a seculo 9. & 10. ultra terminos hujus Decretalis extensa non fuit.
- 8. Seculo 11. ad bona etiam patrimonialia Clericorum extendi coepit.
- 9. Decreta Conciliorum Lateranensium loquuntur generaliter de bonis Clericorum.
- 10. Synodi habita seculo 13. evincunt immunitatem etiam bonis patrimonialibus Clericorum competisse.
- 11. Idem seculo 14. obtinuit.
- 12. Condemnantur Clericorum fraudes bona laicalia sibi sibi asserentium.
- 13. Hodie hic in Belgio bona patrimonialia Clericorum non sunt immunita.
- 14. Edicto Principum nostrorum specialiter eximuntur bona Ecclesiarum primæ fundationis, & amortizata; vel aliquo tempore ut talia possessa.
- 15. Princeps specialiter eximendo bona primæ fundationis respexisse videtur ad Cap. 1. de Censibus.
- 16. Quare bona Ecclesia non amortizata non gaudeant immunitate.
- 17. An coloni bonorum Ecclesiasticorum gaudeant immunitate.
- 18. Præter immunitatem ab oneribus que rebus imponuntur, est & alia eximens ab oneribus personis impositis.
- 19. Que sint onerarealia in hac materia.
- 20. Tripliciter imponuntur onerarealia.
- 21. Que sint onera personalia.
- 22. Que dicantur mixta.
- 23. Quare hic in Belgio nequeat in specie dici que sint onerarealia, que personalia.
- 24. Clerici ab oneribus personalibus jure Decretalium sunt immunes.
- 25. Hanc immunitatem asserit Concilium Lateranense.
- 26. Immunitatem hanc Bonifacium VIII. adscribere videtur juri divino.
- 27. Synodus Trid. eam divinâ ordinatione constitutam asserit.
- 28. Immunitas hac non potest dici instituta jure divino.
- 29. Ostenditur quod dici queat consonans qua in Scriptura Sacra dicuntur.
- 30. Hac immunitas potest dici divina ordinatione introducta sicuti decimarum solutio.
- 31. Varia est locorum & temporum circa hanc immunitatem disciplina.
- 32. Hanc varietatem supposuerunt in Belgio Concilia Regia in receptione Concilii Tridentini.
- 33. Clerici immunes sunt ab oneribus mixtis.
- 34. Amilitum hospitio immunes Clerici jure Decretalium.
- 35. In Gallia quoque & Belgio competit: & qua hujus immunitatis ratio.
- 36. Immunitas hac non domibus, sed Clericis domos inhabitantibus competit.
- 37. An domus oneri recipiendi aliquando obnoxia sint immunes dum Clerici eas incolunt.
- 38. Tempore obsidionis aut magna necessitatis hac immunitas cessat.
- 39. Sollicitè cavendum ne præter necessitatis immunitas Ecclesiastica violetur.
- 40. Verantur ab Ecclesiis exigere Fodrum, albergaria & Regium.
- 41. Quid Fodrum, & albergaria.
- 42. Per REGIUM quidam intelligunt expensas militares.
- 43. Ab exensis militariibus Clericos eximit jus commune cui consonant Edicta Regia in Gallia.
- 44. Eadem immunitas competit Clericis in Belgio.
- 45. An Clerici jure communi sint immunes à vigiliis & custodia murorum?

- 46. An teneantur contribuere pro reparatione murorum aut mœnium civitatis
- 47. De consuetudine Regni Gallia tenentur contribuere duobus concurrentibus.
- 48. In hac materia immunitatis usus etiam est attendendus.
- 49. De onere capitationis: & quomodo ab eo Clerici sint immunes.
- 50. Assignatur veraratio indulta immunitatis bonorum Ecclesiasticorum ex Concilio Lateranensi.
- 51. Eandem indicat S. Agobardus.
- 52. Rectus usus bonorum Ecclesiasticorum medium est efficacissimum conservandi immunitatem Ecclesiasticam.

**I**n cap. 1. de Censibus legitur: "Sicutum est, ut unicuique Ecclesiæ unus Mansus integer absque ullo servitio tribuatur. Et presbyteri in eis constituti, non de decimis neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de arvis, vel hortis juxta Ecclesiam positis, neque de prædicto Manso aliquod servitium faciant præter Ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus debitum servitium impendant."

II. Hic textus refertur in hac Decretalium collectione sub nomine Concilii apud Guarmatiam, uti & in prima Decretalium Collectione Antonii Augustini. Apud Gratianum *can. 23. q. 8. can. 25.* refertur ex Concilio Wormatiensi, uti & apud Bachardum & Ivonem; quæ licet sint diversa, non tamen sunt contraria, inquit Emanuel Gonzales in Commentario ad citatum *cap. 1.* cum plerumque Concilia Wormatiensia dicantur Guarmatiensia, à civitate Wormatia seu Guarmatia. Notatque Stephanus Baluzius ad citatum Canonem Gratiani, in antiquis editionibus Deoereti Gratiani eum refertur ex Concilio Guarmatiensium, cum hodie legatur, Wormatiensium. Observat quoque ibidem Baluzius, primum ejus auctorem esse Carolum magnum. Ex cujus Capitularibus citatur à Regione *lib. 1. cap. 24.* & à Capitularibus eum capite præcedenti retulimus.

III. Per *mansum* hic intelligi dotem Ecclesiæ, capite præcedenti notavimus; & ita communiter intelligi à Canonistis monet Panormitanus in expositione hujus textus. Ex quo ulterius concluditur, inspecto jure Decretalium, agros & possessiones quæ revera ad Ecclesiam pertinent, tamquam *dos* ipsius Ecclesiæ, immunes esse ab omni servitio temporali, & consequenter ab omni pensatione tributorum & vectigalium.

IV. Si vero ultra *mansum* aliaque ibidem expressa, quid amplius habuerint, inde Senioribus suis debitum servitium impendant, ait textus. Verus sensus horum verborum nonnullis videtur esse quod "si ipsæ Ecclesiæ alia prædia habeant, ultra prædictum *mansum*, ex his tributum, quod pendere solebant Senioribus, id est, Judicibus, aut Magistratibus seu Dominis illius prædii debitum servitium impendant; quia tunc prædia illa transeunt cum suo onere, nec similia prædia habent privilegium *dotis* Ecclesiæ, PP. enim & Imperator privilegium hoc exemptionis concesserunt *manso* Ecclesiæ qui *necessarius* est ad alimoniam Rectoris & aliorum ministrorum Ecclesiæ, nec non ejus luminaria, & similia, non autem aliis prædiis, quæ pro dote Ecclesiæ assignata non erant in quibus æqualis ratio favoris, & necessitatis non vigeat."

V. Hactenus Gonzales; cujus interpretatio etiam confirmari videtur ex *Canone 9.* Concilii Valentini III, celebrati anno 855, quo nominatim cavetur, ne de

*dotibus* Ecclesiarum ullus census à Secularibus exigatur. Verba Canonis sunt: "Dotes verò à Fidelibus designatæ Basilicis ad hoc, quod statutum ad eis (Presbyteris Parochialibus) vindicentur, nullaque redhibitio census inde à quolibet seculari exigatur."

Hinc non obscurum est, ipsius *dotis* specialem rationem habitam fuisse; atque singulariter fuisse provisum, ne per censuum aut tributorum exactiones minuere-

VI. Nonnulli tamen credunt, finalia citatæ Decretalis sive Canonis verba: *Et si quid amplius* &c. non esse referenda ad Ecclesias, sed ad Presbyteros; ut sensus sit: Si Presbyteri quid amplius habuerint; puta aliquos proprios agros aut patrimonialia prædia, hæc esse servitii & oneribus obnoxia: quo sensu omnia bona Ecclesiæ essent immunita; quæ autem Presbyteri amplius sive præter illa haberent propria, tributa vel servitia Dominis sive Senioribus deberent.

VII. Quidquid sit, hoc sat constat, hunc Canonem seculo 9. & 10. passim in Synodis, & Episcoporum Decretis fuisse renovatum; neque immunitatem hanc vix ultra terminos hujus Decretalis seu Canonis illis seculis fuisse extensam; atque id sollicitè curasse Episcopos, ut unicuique Ecclesiæ *mansus integer*, & ab omni servitio liber assignaretur & conservaretur. At seculo 11. & sequentibus non tantum ad omnia bona Ecclesiæ, sed etiam ad patrimonialia & privata Clericorum bona hæc immunitas extendi coepit.

VIII. Et quidem seculo 11. celebratum Concilium Melphitanum sub Urbano II. *can. 11.* decernit: "Ne gravamen aliquod sanctæ patriatur Ecclesia, nullum jus laicis in Clericos esse volumus. Neque liceat laicis exactionem aliquam pro Ecclesiæ beneficiis, aut paternis maternisve facultatibus querere."

Hic non obscure significatur, laicis fas non fuisse, etiam in bonis paternis aut maternis Clericorum aliquam exactionem querere.

IX. Concilia Lateranensia sub Alexandro III, quorum Decreta referuntur in *Cap. 4. & 7.* de Immunitate Eccles. licet non loquantur nominatim de bonis propriis & privatis Clericorum; tamen quia loquuntur indefinite de bonis Ecclesiarum & CLERICORUM & pauperum usibus deputatis, ita accepta fuisse videntur, quasi sub hac immunitate bona patrimonialia essent comprehensa, ut ex Synodis sub idem penè tempus habitis non obscurum est.

X. Et quidem hoc sensu immunitatem accepisse apparet Patres Concilii Narbonensis an. 1227. (id est 12. circiter annis post Concilium Lateranense sub Innocentio III.) *Can. 12.* "Item statuimus, ut Clerici occasione patrimonii sui, vel personæ nullatenus easiantur, & tam Consules, quam alii Laici, ab his tallis & exactionibus per censuram Ecclesiasticam, si necesse fuerit, commellantur."

Rufus in Concilio Tolosano an. 1229 *Can. 20.* "Clerici quoque non talliantur occasione etiam hereditatis; etiam si per successionem eis obvenerit, nisi sint mercatores vel uxorati."

Concilium Coloniense anno 1266. *Can. 8.* statuit, ut non tantum bona Ecclesiarum, sed etiam Ecclesiasticarum personarum civitatis & Diocesis Coloniensis sint, & maneat in omni loco, tam in civitate quam extra, & transeat tam in tertis, quam in aquis, absque telonio, & qualibet exactione, & sine omni impedimento libera & penitus absoluta.

XI. Hæc aliaque illo seculo habita Concilia sat significant, immunitatem etiam ad bona patrimonialia Clericorum fuisse extensam. Imò & seculo 14. idem jus perseverasse plura Conciliorum Decreta probant; ac signanter Concilii Avenionensis anno 1326 *Can. 12.* Item quod Clerici, & hospitalia, & Ecclesiæ à tallis

& exactionibus, quas Domini temporales faciunt, etiam ratione possessionum temporalium, nec non in patrimonialibus, secundum leges & Canonum defenduntur per Ordinarios, nimis hæctenus super hoc negligentes; ne paulatim usurpent temporales Domini, nisi in præjudicium, & enervationem Ecclesiæ libertatis.

XII. Imò & sub finem ejusdem seculi, testimonium perseverantis illius disciplinæ sat luculentum suppeditat Concilium Narbonense an. 1374. *Can. 25.* condemnans Clericorum & Religiosorum aliquorum fraudes, qui sub fictis bonorum in se translationibus etiam bona Laicorum sub immunitate conservabant; "Ad nostrum (ait) pervenit auditum, quod nonnulli Clerici soluti, & tam in minoribus quam in Sacris Ordinibus constituti, & etiam Religiosi aliqui, sibi procurant donationes rerum immobilium fieri in fraudem, ut bona sic eis donata ad contributionem talliarum Laicorum pro rata non teneantur. Nos igitur talibus fraudibus obviare volentes hoc sacro approbante Concilio prohibemus; ne hujusmodi donationes in fraudem, ut præmittitur, recipiant."

XIII. Verum cum Clerici hæc bona possideant, non ut Clerici, aut tamquam ministri Ecclesiæ; neque ullatenus ad Ecclesiam pertineant, aut legibus Ecclesiæ subjaceant; jam pridem hæc in partibus omnis immunitas quoad bona patrimonialia Clericorum desit; sed per omnia conditionem bonorum laicalium quoad onera rebus imposita sequantur; ac notanter declaratum est in Edicto Philippi Boni Ducis Brabantie 20. Septembris anno 1451. *art. 7.* quod in onere reali, quod vulgò idiomate Brabantino dicitur *Beden*, contribuere & solvere teneantur Ecclesiastica persone & Beguinæ in Brabantia de suo patrimonio, & bonis in suos privatos & proprios usus acquisitis, sicuti alii incolæ.

XIV. Quin & *art. 8.* in eandem contributionem etiam vocantur omnia bona in Brabantia sita, quæ Ecclesiastica persone ad usum Ecclesiasticum sive in Monasteriis aut alibi in vel extra Brabantiam commorantes emerunt & acquisierunt; exceptis iis bonis quæ ad primam fundationem data fuerint; & ad eum finem à Principe amortizatis; item iis exceptis, quæ ab Ecclesiasticis plusquam à 70. annis acquisita erant, & ab onere illo semper manserunt exempta. Id ipsum exprimitur in Edicto de anno 1487. *art. 11.* excipiuntur bona ad usum Ecclesiasticum acquisita ante annum 1481. & ab eo tempore exempta manserunt; hoc est, sex annis ante hoc Edictum.

XV. Princeps hic eximendo specialiter bona primæ fundationis, sive dotationis, videtur respexisse ad Decretalem seu Canonem supra relatum, eximentem *Mansum* seu dotem Ecclesiæ; eumque juxta primum sensum ibidem assignatum intellexisse videtur.

XVI. Vult insuper Princeps ea sola bona Ecclesiæ immunitate ab isto onere gaudere: quia cum jam pridem receptum esset, ut sine speciali facultate Principis, quæ amortizatio dicitur, bona immobilia in Ecclesiam tamquam *manum mortuam* transferri non possent, (uti parte 1. tit. 29. cap. 3. dictum est) hæc acquirendi facultate non facta à Principibus, æstimantur Nobiles & alii laici, cogi posse Ecclesiam, ut bona è manu mitrat, vel si benignius agatur, ut realia onera, non secus ac seculares ferat, idèque secundum leges civiles ad indicta communiter rebus onera: etiam Ecclesiarum possessiones obligari uti loquitur Zypæus *Consult. 1. nu. 10. De Immunit. Eccles.*

Imò ne nimium gravarentur laici per immunitatem bonorum Ecclesiæ ab oneribus publicis, ipsis quoque litteris amortizationis inseritur clausula, quod bona amortizata remanebunt *taxabilia*, qualiter antea fuerunt;



runt; quales litteras veteres se aliquando vidisse asserit Zypæus loco citato; & supra citato *cap. 3.* ex Antonio Anselmo notavi, quod Supplices pro amortizatione, ut eam facilius impetrent, soleant bona amortizanda subijcere, & obnoxia reddere impositionibus & talliis.

XVII. Refert Zypæus in Jure Novo *tit. De Immunitate Ecclesiarum num. 22.* Concilium Brabantiae 22. Augusti an. 1598 declarasse in causa Monasterii S. Bernardi ad Scaldim contra pagos de Westmal & Soerfele, "à precariis similibusque oneribus, non decimas, tantum, sed & decimarum conductores immunes esse, ne scilicet per eorum latus Clerici transigerentur."

Deinde subjungit Zypæus: "An idem sit censendum de conductoribus aliorum bonorum amortizatorum, ut nec ipsi contribuant, sicut nec locatores? Pro affirmativa facit similitudinis ratio, & *art. 14. d. instrum.* ubi precariarum onus dirigitur in colonum, & nihilominus amortizatis bonis datur supra dicta immunitas. Et ita aliquibus locis usus habet; pluribus secus, sed error sæpe irreperit idè, quod non inquiratur, an antiquitus amortizata, an recentius acquisita bona sint."

Hæc illesqui & *Consult. De Immunitate Eccles. num. 14.* asserit judicatum fuisse 9. Junii 1636. pro Abbate Averbodiensi & Postulanensi contra municipium de Balem, ab oneribus realibus excepta esse, non tantum bona amortizata; sed & ipsos colonos talium bonorum.

XVIII. Et hæc quidem quoad immunitatem quæ ex natura & conditione ipsorum bonorum petitur sine consideratione personæ possidentis, præter quam est & immunitas personis Clericorum competens; ipsasque personas ab oneribus laicalibus eximens; pro qua immunitate dignoscenda, necessariò onerum realium, personalium & mixtorum distinctio observanda est.

XIX. Onera realia sunt, quæ imponuntur ipsis rebus nullâ prorsus habita personæ possidentis contemplatione; uti jam pridem notavit Boetius Epo ad *Cap. 4. De Immunitate Eccles. num. 57.*

XX. Hoc autem genus onerum merè realium in alia tria subdividitur genera (ait dictus auctor) "quando, quidem nunc res ipsa per sese præstat ministerium, sicut equus, mulus, plaustrum, navis, res alia quælibet; nunc aliquid ex ipsa re proveniens exigitur, ut certa portio fructuum; nunc denique neque res ipsa servit, neque ex rei proventu quidquam delibatur, sed pecunia sit contributio pro re certa seu respectu solius rei certæ citra ullam personæ considerationem, sicuti sit in omnibus illis tribus ac Vectigalibus pecuniariis, quæ rebus ipsis incumbit."

XXI. Onera personalia sunt, quæ personis imponuntur; ita nimirum, ut personis singulis aliqua pecuniaria aliave contributio imponatur: quæ cum sumptus requirit, & hoc ex capite patrimonii diminutionem inducat, etiam onus patrimoniale rectè appellatur; quantumlibet ipsis personis vel capitibus imponatur, & non rebus; quale onus est, quod hodie vulgo *capitatio* dicitur, de quo infra.

XXII. Denique onera aliqua dicuntur *mixta*, id est, partim realia, partim personalia; quæ nimirum personis quidem incumbunt, sed habitare possessorum contemplatione. Exemplum hujus generis occurrit in imperatis per Principem (sed pecuniariter exigendis & solvendis) centesimis, vel quinquagesimis, vel vigesimis vel decimis omnium cujuslibet libi subditi facultatum: tale namque munus vel onus patrimoniale singulis incumbit, contemplatione tamen totius patrimonii, proque tata patrimonii, uti notat Boetius Epo loco supra citato.

XXIII. Norandum hic in Belgio non posse in specie definiti, quæ onera sint *realia*, vel *personalia*; eo quod id ferè dependeat à voluntate & consensu Ordinum sive Statuum qui dum in onera illa consentiunt, unâ declarant, quo *pede*, ut ajunt, velint illa exigi, an *pede reali* vel *personalis* vel *mixto*, uti capite sequenti latius dicitur.

XXIV. Si Decretales attendamus, evidens est, Clericis sive personis Ecclesiasticis immunitatem ab exactionibus ac talliis & oneribus patrimonialibus, quæ *personalia* dicuntur, competere. "Clericos constat à personalibus oneribus liberos esse, quamvis non à patrimonialibus illis quæ rebus insunt aut imposita *personis*, fuerint, antequam in Ecclesiam transirent," ait Zyp. *Cons. l. n. 5.*

XXV. Et quidem Concilium Lateranense sub Innocentio III. *Cap. 7. De Immunitate Eccles.* renovans & amplians Decretum Concilii Lateranensis sub Alexandro III. de quo *Cap. 4. eod. tit.* "Adversus Consules & Rectores civitatum vel qui Ecclesias & Ecclesiasticos, viros tallis seu collectis & exactionibus aliis adgratantur, valeant nituntur, volens immunitati Ecclesiasticæ Lateran. Concilium providere, præsumptionem hujusmodi sub anathematis districtione prohibuit: transgressores & fautores eorum excommunicationi subjacere præcepit, donec satisfactionem impenderit competentem."

XXVI. Et Bonifacius VIII. in *Cap. 4. De Immunitate Eccles. in 6.* dicit non dubitat, quod "Ecclesiæ Ecclesiasticæ sive personæ ac res ipsarum, non solum jure humanum, no. quin imò & Divino, à secularium personarum exactionibus sint immunes."

XXVII. Similiter & Synodus Tridentina *sess. 25. cap. 20. De Reformat.* immunitatem Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum juri divino referendam indicat, dum dicit, se confidere, Principes seculares, "non permissuros, ut Officiales, aut inferiores Magistratus, Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, *Dei ordinatione*, & Canonice sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua violent."

XXVIII. Verum hæc, tum Pontificis, tum Synodi Tridentinæ dicta non ita accipienda sunt, quasi ipsa Ecclesiarum & Clericorum immunitas, præsertim ab oneribus temporalibus, esset jure divino præcepta & stabilita; sed quod sit consona iis quæ in sacra Scriptura & Verbo Dei consignata sunt.

XXIX. Legitur enim *Genesis cap. 47.* quod suggerente Patriarcha Joseph sub Pharaone Rege Ægypti, omnis terra Ægyptiorum Pharaoni subiecta fuerit, præter terram Sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis; additque Sacer textus: *Ex eo tempore usque in presentem diem, in universa terra Ægypti, Regibus quinta pars solvitur, & factum est, quasi in legem, absque terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.*

Licet ex hoc factò Josephi nullum possit elici præceptum Divinum, tamen elicitur argumentum, quo ostendatur, meritò à Principibus Christianis dari Sacerdotibus Novæ Legis, quod sub Imperatore Ethnico indultum fuit Sacerdotibus Idolorum.

Ad idem conducit exemplum Regis Artaxerxis de quo *I. Esdra cap. 7.* legitur, scripsisse ipsam ad Custodes Arce publicæ in hæc verba *Vobis quoque notum factum est de universis Sacerdotibus & Levitis & Cantoribus, & Janitoribus, Nathinæis, & Ministris domus Dei hujus, ut Vectigal, & TRIBUTUM & annonas, non habeatis potestatem imponendi super eos.*

XXX. Itaque rectè dicitur hæc immunitas *Dei ordinatione* constituta, in quantum ad exemplum eorum quæ Scriptura Sacra proponit, inducta est; quemadmodum in simili supra *titulo 33.* de decimarum origine notavimus.

XXXI. Et

XXXI. Et sicuti circa decimarum solutionem varia est locorum varietas, non obstat quod ea quæ in Scriptura occurrunt decimis introducendis occasionem dederint; ita & circa hanc immunitatem pro temporum & locorum diversitate variam fuisse & adhuc esse disciplinam notorium est, quod & manifestum est argumentum, eam non juri Divino, nisi improprie, ad se, ibi posse.

XXXII. Antonius Anselmo Jurisconsultus Antverpiensis in suo Triboniano Belgico *cap. 33.* referens annotationes factas ad Decreta Concilii Tridentini per Concilia Regia hic in Belgio prævidè ad ejusdem Concilii publicationem, loquens §§. 5. & 56. de citato *cap. 20. sess. 25.* ait: "Eadem sessione (25) cap. 20. monumentum omnes Principes Christiani libertatem, immunitatem, & Jurisdictionem Ecclesiasticam protegere & conservare. Hic rursus Brabantia auctoritatem & privilegia Regiæ Majestatis, & Provinciarum ingeminant. Alii id intelligere se ajunt, exceptis necessitatibus, aliisque casibus jure expressis, proque Provinciarum inculpatore ac usu legitime præscripto sive privilegio confirmato."

XXXIII. Ab oneribus personalibus, quæ à laicis imponuntur personis, habitâ tamen consideratione possessionum, quæ *mixta* dici possunt, Clericis immunes esse, sive jus Civile, sive Canonicum attendamus, indubitatum est, uti etiam notat Zypæus *Consult. l. De Immunitate Eccles. num. 2. §. 5.* & evidenter exprimitur in *Cap. 7. De Immunitate Eccles. nec non Cap. 1. eod. in 6.*

XXXIV. Hinc imprimis deducitur, Clericos ab hospitio militum esse immunes, quod & jam pridem à Constantino Magno in *L. 1. Cod. De Episcopis & Clericis* cautum reperitur; & ex *Cap. 1. De Immunitate Eccles.* communiter deducunt Canonistæ; quamvis ibidem non de militibus hospitio recipiendis; sed de Placitis sive Judiciis in Ecclesiis vel domibus Ecclesiarum exercendis; & ipsis Judiciis hospitio recipiendis agi videatur, & textus ipse sat inquit Interim hic unanimi consensu tradunt Canonistæ, Clericos à recipiendis militibus esse immunes.

XXXV. Eam in Senatu Sabaudia Clericis assertam refert Antonius Faber in *Codice lib. 9. tit. 30. Definit. 26.* creditque "fortasse hoc privilegium Clericis datum, quod onus hoc personale quoque inferat vexationem, quæ recipientis veterundiam ipsam ipsam pulsat ac lædere videatur. "Et in Gallia servari tradit Choppinus *lib. 3. De S. Polit. tit. 2. n. 3.* atque sæpius nominatim Edictis Regiis vetitum fuisse, Ecclesiasticorum domos militum hospitio gravate, referunt in Actis Cleri Gallicani *tomo 3. parte 4. cap. 7.* Et in Declaratione Maximiliani & Mariæ Ducum Brabantia de 13. Junii 1479. Clerus Brabantia, qui tum temporis suberat Episcopis Leodiensi & Cameracensi, declaratur exemptus ab hospitio militum."

XXXVI. Cum autem hoc privilegium personale, sive personis Clericorum potius, quam eorum domibus concessum sit, rectè notat Boetius Epo ad *Cap. 1. De Immunitate Eccles.* "domos Ecclesiarum hic intelligi, quas ipsimet inhabitant Ecclesiastici, non quas laicis inhabitandas concesserint; quemadmodum (ait) vice versa, sâ, laicorum domus, quas occupant & inhabitant Clerici pro domibus Ecclesiarum hac in re videntur habenda."

XXXVII. Dicunt quidem communiter Canonistæ, cessare hanc immunitatem, si domus Ecclesiasticorum singulari quodam jure fuerint illi oneri subiecta; sed uti ibidem rectè reflectit Boetius Epo, id intelligi debet de singulari & speciali jure, non autem de generali, quo laicorum domus à laicis inhabitata passim huic oneri subjacent.

XXXVIII. Ulterius Choppinus loco citato, postquam dixit domos Clericorum à militum hospitio esse immunes, addit hanc limitationem: "Dempto eo casu, Van Espen *Jur. Eccl. P. II.*

, si obfusione cincta mœnia proponerentur, vel summum aliud periculum impenderet.

Similiter Antonius Faber allegatâ *Defin. 26.* notat, Ecclesiasticos in recipiendis militibus merito laicis subsidio esse, ubi laici recipiendorum militum oneri sunt impares.

XXXIX. Ne tamen hoc prætextu necessitatis, aut impotentia violaretur Ecclesiastica immunitas, dicit in calu occurrente, à Senatu Sabaudia per sententiam interlocutoriam ordinatum fuisse, ut antequam ad recipiendos milites adigerentur Ecclesiastici, ante omnia per unum à Senatoribus inspicerentur & describerentur omnes totius civitatis ædes, quæ ad subeundum hospitii recipiendi munus essent idoneæ, ut ex ea inspectione ac descriptione constare posset, quibus finibus circumscribendi & definiendi essent casus illi necessitatis, quorum haberi rationem oporteret, ad obligandos Clericos, ut laicis subsidium ferrent, ne aut in Clericorum, aut in laicorum arbitrio relicto id videretur.

Rationem hujus inspectionis subjungit, "Nam nisi maxima omninòque præcisa urgeret necessitas quæ nec nobilioribus, nec aliis ullis præcipua immunitate gaudentibus parceret, nihil contra Ecclesiasticam immunitatem statuendum esse constabat, sive de statione militum, sive de eo, qui ex causa aliqua improvisa supervenerit, recipiendo ageretur. Quomodo sæpius à Senatu nostro pronuntiatum antehac fuit pridem pro Canonicis civitatis Aquisgranensis, nuper autem pro R. D. Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Gebennensis, confirmatâ Concilii Gebennensis sententia, me Præsidente pro ipsis lata."

XL. In *Cap. 23. De Jure Patronatus* inhibetur Patronis, Advocatis & vicedominis exigere ab Ecclesiis Patronatus *fodrum, albergarias, & regium.*

XLI. Fodrum interpretatur Boetius Epo *De Regalia num. 24.* jumentorum *pabula* à voce germanica, *föder.* Per *albergarias* autem significari credit, hospitiorum præbendorum onus; corruptâ scilicet per imperitos voce germanicâ seu *herberghes*, quod est hospitium, seu *herberghen*, quod est hospitio excipere, seu *herberghiers*, qui sunt hospites, vel potius Pandochæi seu *caupones*, in *albergarias.*

XLII. *Regium* autem interpretatur Glossa ad citatâ Capitulum, *tributum* Regi pendendum; credit tamen Zypæus citatâ *Consultat. l. m. 20.* "fortè proprius de aliis militibus expensis, v. g. angariis & parangariis, quæ *regio* jure aut more exactis rectè hic intelligi, ob cetero militaria vocabula, quibus conjungitur."

XLIII. Quidquid sit, hoc fat certum, jure communi inspecto, Ecclesiasticos non tantum à militum hospitio, sed & militibus expensis esse immunes; ipsaque Regia Ecclesia in Gallia non semel eam immunitatem Ecclesiasticis obtinuit ac signanter Henricus III. Edicto Blesensi anno 1577. Ecclesiasticos exemptos declaravit ab omnibus bellicis contributionibus, & militum hospitii & Ludovicus XIII. anno 1609. edixit, Clericos eximi ab annonæ militaris contributione, à Gubernatorum & militum impensis uti latius hæc referuntur in Actis Cleri Gallicani loco supra citato.

XLIV. Declaratio Maximiliani & Mariæ Ducum Brabantia supra allegata, exemptum declarans Clerum Brabantia ab omni onere & impositione, à quibus secundum jus scriptum, *geschreyen rechtien* Clerus est exemptus, sat patenter hanc immunitatem circa impensas militares tuetur & asserit: quemadmodum omnia illa Principum Edicta, quibus promittunt tueri & conservare Ecclesiasticos suarum ditionum in suis juribus & immunitatibus.

XLV. Ad Episcopum Terracinensem scribit S. Gregorius *lib. 7. in dict. i. Epist. 20.* "Quia verò comperimus, multos se à *monorum vigiliis* exulare, sit Fratemitas Bbbb 3, ystra